



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Canon.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

res : *Tolle, tolle, crucifige ; non habemus Regem nisi Cesarem ; si hunc dimittis, non es amicus Cesaris.* Ego in compensationem aliquam tot blasphemiarum & injuriarum offero laudes Cherubim & Seraphim ; & cum summo mentis ardore dico verba illa die Palmarum à Judæorum pueris decantata : *Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna, &c.*

Canon.

AD hæc verba : *Te igitur Clementissime Pater,* procedit JESUS meus è pratorio Pilati Crucem bajulans, & immaniter à militibus tractus usque ad eum, qui dicitur, Calvariae locum. Apprehenditur in via Simon Cyrenensis, & Crucem portat post JESUM. Ad quod quoque me resolvo. Sequitur turba multa plangentium mulierum, ad quas Dominus dicit : *Filia Jerusalem, &c. Venient dies, quibus dicent: Montes & colles cadite super nos. Si in viridi ligno hoc faciunt ; in arido quid fiet?*

Memento pro Vivis.

ET hinc dum facio *Memento pro vivis* his illis, rogabo intense, ut sint & maneant viridia ligna. Alias enim utique melius iis esset, natos non fuisse juxta emphaticum illud : *Beata steriles & ventres, qua non genuerunt.*

Consecratio.

AD verba : *Qui pridie &c.* dum hostiam arripio ; JESUS in monte Calvariae arripitur barbarè à militibus, exiit cum violentia tunica suâ [unde sanguis copiosus tunicæ, ob totum